Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sumentibus cuiam ꝗdem singulis annis profecto vice qualibet eis
qui dum corpus dominicum communicandis deferretur infirmis illud cum
incenso luminari prendendo vel sequendo venerarentur similiter centum
et qui huic illud alias devote fecerit quinquaginta dies de im
iunctis eis penitentiis misericorditer relaxavit ac eiusdem ipse martinus pre
decessor noster qd missas et diebus octauarum huiusmodi in terris et locis
ecclesiasticis quibus auctoritate suppositis interdicto pulsatis campanis clausis
apertis et alta voce excommunicatis presertim exclusis sed interdictis vt
citius reconciliari studerent admissis et illis qui causam vel occasione
huiusmodi interdicto dedissent Xlesiari huic nullatenus appropinquantibus
Misse et officia prescripta licite celebrari possent auctoritate apostolica dispen
tendum Nos vero quos interim ad summum apostolatus apicem diuina
clementia fecit cuiam p frequentiori huiusmodi venerazione sacramenti
simus gestientes affectibus mei partes ministerii salubriter impertiri
necnon relaxationes et concessiones predictas apostolica roborare munimine
ipsorum nonnullis fidelium committentes premissis per eundem martinum prede
cessorem vt premittitur relaxatis diebus alios totidem dies pariformiter
ac ipsis fidelibus consequendos adiicimus p presentes Et insuper venerabilibus
patriarchis Archiepis episcopis et aliis ecclesiarum prelatis monemus et hor
tamur in domino ac eis per apostolica scripta in virtute sancte obedientie districte
precipiendo mandamus et in remissionem peccaminum iniungimus vt per se
vel alios eorum subditis per singulas suarum ciuitatum et diocesum ecclesias in dominicis
feriis et festiuis predicta proinde predicente salutaribus ad venerazione
potissime sacramenti huius monitis et exhortationibus pincii quarum
eiusdem tenor inter matutinales festi necnon diuine octauarum huiusmodi
sermones recitentur breui rotulemina et effectu publicare et insinuare
procurent vt eiusdem sacramenti suffragante mysterio subditi et fide
les ipsi spiritualium gratiarum uberiori fulciant augmento et ab illo
qui se pro eis immolauit hostiam post huius vite cursum ad gloriam per
ducantur eternam Verum quia difficile foret huiusmodi breues singulis
exhiberi volumus et eadem auctoritate decernimus quod ipsarum transumpto
manu publica et sigillo alicuius episcopalis vel superioris ecclesiastici curie
munito tamquam si originales exhiberentur litteris plena fides
adhibeatur et prout fieret ac si originales littere forent exhibite
vel ostense Datum Rome apud sanctum petrum Anno incarnationis
dominice Millesimoquadringentesimotricesimonono Septimo